

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

2

14. Si quæseris) Si SAPIENTIAE Christianæ post-
posueris mundi immundi vanitates, quantumvis etiam splendidi-
das atq; punctifosas, & quæseris SAPIENTIAM. At, di-
ces, Vbi, quibus Auxilijs, Cur, Quomodo, quando? Audi: pul-
sato fores SOPHIAE supercelestis, vers. 118. annotatas, in
Oratorio & Laboratorio, juxta Leges atq; Doctrinam Amphit-
theatri hujus, & eam, DEO annuente, invenies. Sicut thesau-
ros, &c.) E terra Mundana, montiumq; saxorum profundis
tatis effodiuntur opes, irritamenta malorum: e terra SAPI-
ENTIAE, fortunatissimæ effodiuntur opes, irritamenta
bonorum. SAPIENTIAE terra est LIBER trinus,
Catholicus, puta, SSæ. SCRIPTURÆ, CREATV-
RÆ atq; NATURÆ, & MENTIS. Intra Divinitus
illuminata: hujus ditissimæ venas, secundum Leges atq; Doctrinam
Amphitheatricæ, rimare, SAPIENTIAM, IEHO-
VAH largientem invenies: hanc, sicut thesaurum, effode, tibi
pectoris foris: eorum: autem tibi polliceri, qui hæc
quod placebit DEO, hauries voluntatem à DOMINO, inoe-
trabis ab eo, per eam, in actionibus tuis, non, esse & posse, ex-
porisq; Spiritus & Animæ sic elicies salutem. Nulla, eorum
ridico, unquam calamitas adversitatemve hauries. In eo, quod
fiduciam, adherentis DEO, fructuosè impetrat, em ardu-
quin, ex SAPIENTIAE Lapide, quem repronaverunt adhi-
cantes, Psal. 118. postest restitui. Petra, SAPIENTIA caro facta,
IHSVH CHRISTVS, seminarium habens ignis ces-
lestis, & venas aquæ vivæ, salientes in vitam æternam. A DO-
MINO factum est istud, & est miraculum in oculis nostris, dis-
co cum Psalmita.

Psal. 110.
Eccl. 1.15.

SAPIEN-
TIA, Sci-
entia &
Intelligē-
tia: dona
DEI sunt.

Fructus
& utilitas
SAPIEN-
TIAE.

Sapientia
ab impio-
rum via,
& scorra-
tione libe-
rat omni,
dirigitq;
in viam
DEI.

15. Tunc) Posteaquam Theosophicè quæseris, & factus
fueris SAPIENTIAM. Mentis & manus sapienter
admoventes, Dij adjuvant. Non datur ad Mulas currere la-
via, hoc est, mundanæ.
16. TIMOR DOMINI) Non est hic is TIMOR,
quo nocentes cruciatum formidant, Theologis dictus SERVI-
LIS, qui furor & nocentis conscientie vermis, rodens quoti-
die, atq; urens malam mentem, animumve mali sibi conscium:
sed divinus & salutaris, à DEO ipso procedens, dictus FILIA-
LIS, superior & excellentior amore, ut loquar cum Cabilistis.
Sic quoq; vers. 191. & 304.
17. DOMINVS dat, &c.) Hinc D. Jacob in sua Ca-
nonica 1. vers. 5. Si quis vestrum indiget SAPIENTIA,
postulet à DEO, qui dat omnibus affluenter. Et non impro-
perat (exprobrat), & dabitur ei. Postulet autem in fide, ni-
hil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui Maris, qui à
vento movetur & circumferitur. Non ergo æstimet homo
ille, (Summus ille sit, vel minimus, nobilis aut plebejus, Gross-
oder Klein Hans) quod accipit aliquid (quicquam) à DO-
MINO. Vir duplex animo, est inconstans in omnibus vijs suis.
Vide vers. 143. & 267. Si igitur, quod verum, IEHOVAH
dat SAPIENTIAM, frustra innotitur prudentiæ nostræ, labo-
rando arte aliqua humanitus eam addiscere. Liber, sine cla-
ve Spiritus sancti, non prodest quicquam. Apud IEHO-
VAM THEOSOPHICÈ quærenda est: à DOMINO,
qui eam inspirat, impetranda. Donum DEI est. Vnde dos-
ctis, Capnio (cujus memoria sit sempiterna) lib. de verbo mi-
rifico, Cap. 7. Philosophiam (quæ à SAPIENTIAE a-
more nomen habet) rectè definit, Spiraculum DEI, & illustra-
tionem DIVINAM. Ex Oceano SAPIENTIAE,
per Libri ejus terrimius Catholicis siphones, gratiæ divini ductu,
derivandum est, in Paradysum mentis nostræ, veræ SAPI-
ENTIAE flumen; non ex putridis principis mundi hujus
immundi, squamarumq; istius, per Sophismatum errorumq; ca-
nales, fetidis lacunis. Ille, rerum Divinarum & humanarum
dat scientiam veram & salutarem: hic, vitiosam, turgescentem,
vulpecularem, sophisticam, sterilem & mundanam Sapientiam
immundam. Vide vers. 230.

18. Prævenire Solem) Antevertere Solem; non tantum
visibilem illum, hoc est, lumen in Firma mento majus, verum
quoq; DIVINVM; & ad ortum lucis ejus, in nobis, tibi, IEHO-
VAH, obviam procedere, occurrere, te adire, convenire,
supplicationibus, (1. Tim. 2.1.) orationibus, postulationibus; &
gratiarum actionibus (siquidem gratiarum actio est ad plus dan-
dum invitatio) ad benedictionem tuæ radios, tam mentibus quam
actionibus laboribusve nostris, benignè influendos, locoq; ac
tempore oportunitis, te prævenire: aut, super negotijs omnibus
Theosophicè te consulere, & tecumq; agere. Ad orientem lucis)
hoc est, summo manè, in crepusculo matutino, sub exortum So-
lis, in aura, quæ grata Musis, & verè aurea hora, non dum caxat
dici naturalis, sed & ætatis tuæ, pæ devotionis, conceptuum
mentis bonorum, &c. confestim, cum tale quid in te exoritur,
(qui exortus in Schola Cabalarum Aurora dicitur) quando
impulsu Spiritus boni bonum in te sentis motum, dum cor in-
flammat, dilatatur ac gliscit, ad opus tale perficiendum, tunc
micro & macrocosmicè ingrediere Oratorium & Ora, meditare,
soliloquia Theosophicè exerce Christiana: (scias jam tibi fas-
vere & inservire Tempus, Locum, Celum, Sidera, Genium, Ces-
lestis exercitus militiam, DEVM, hoc est, OMNIA:) audi,
vide, observa, juxta Leges atq; Doctrinam Amphitheatricæ hujus,

Si quæseris eam tanquam argentum, &
sicut thesauros scrutatus fueris eam:

Tunc intelliges TIMOREM JEHO-
VÆ, & COGNITIONEM DEI in-
venies.

TIMOR JEHOVÆ PRINCI-
PIVM SCIENTIÆ.

Quia JEHOVAH dat SAPIEN-
TIAM, & ex ore ejus egreditur COGNI-
TIO & INTELLIGENTIA.

Quo notum esset, Solem ad gratias tibi
agens præveniendum esse, atq; te sub lu-
cis ortum salutandum.

Tunc intelliges Iustitiam, & Iudicium,
& Rectitudines, & omnem semitam bo-
nam.

Nam nosse te, ô JEHOVAH, con-
summata est Iustitia: & tuam intelligere po-
tentiam, radix immortalitatis.

In TIMORE JEHOVÆ esto to-
ta die.

Quando intraverit SAPIENTIA
cor tuum: & COGNITIO animæ tuæ
dulcis fuerit:

COGITANTIA custodiet te, &
INTELLIGENTIA conservabit te.

Vt eruat te à via mala, à viro loquente
perveritates:

Qui derelinquunt semitas rectas, ut am-
bulent per vias tenebrosas:

Qui latantur facere malum, exultant in
perveritatibus mali.

quidnam IEHOVAH, in TEIPSO, in NATURA, in
SSæ. SCRIPTURA, suggerit tibi. Ingressere quoq; La-
boratorium, secundumq; Cabalisticam, id est, Receptoriam
institutionem prædictam Divinam, Sapienter Labora: Sic
DEVS dabit sine mora. Exercitia hæc, quando Spiritus san-
cti vel boni stimulum sentis, noli differre: Nam fronte capilla-
ta, quæ post Occasus calva. Omnia enim Solomone & Expe-
rientia testibus, tempus habent suum. Quapropter, quando &
quò Fata trahunt, obædienter sequendo, eundem, Hodie, svadet
Palmographus Regius, cum audieris vocem IEHOVÆ,
nolite fieri sicut mulus & equus, quibus non est intellectus: hoc
est, qui (ut Paraphrastice interpretatur Ioh. Campensis) non so-
lum nihil intelligunt beneficiorum in se collatorum, sed capistro
vel freno os eorum constringere oportet, ne appropinquent &
mordeant vos. Invoca igitur DEVM, Sole (macro & micro)
cosmicè) oriente, non occidente. Vide vers. 188.

18. Tunc) Non, nisi prius SAPIENTIAM sapien-
ter quæseris: ut thesaurum sollicitè scrutatus fueris, effoderis;
Solem prævenieris, & ad Orientem lucis, ut dictum, adoraveris.
Omnem semitam bonam) Tam in corporalibus, (ut do-
cent sequentia) Naturalibus, humanis & secularibus; quam
spiritualibus, hyperphysicis, Divinis atq; æternis. Venerunt
mihi OMNIA bona pariter cum illa, inquit Sapiens, v. 211.
20. Nosse te, &c.) Agnitio DEI, solida, integra, vera &
perfecta est Iustitia, quæ in sese virtutes complectitur omnes.
Est autem NOSSE DEVM, non solum de Natura Divina
(licet mihi cum Petro 2.1. vers. 4. naturam Divinam dicere)
sapienter discere, verum quoq; voluntatem ejus, quæ in LE-
GE (voce Iustitiæ Divinæ) & VERBO IPSIVS,
μακροῦ καὶ μικροῦ σκοπιῶς scripto, est declarata, intelligere
ac facere, hoc est, timere DEVM, & credere misericordiæ
ejus. Sic enim Hieremias: In hoc gloriatur vir, nosse me,
quod sim DOMINVS sciens Iudicium, & Iustitiam, & mise-
ricordiam, hoc est, puni ns peccatores, & ignoscens (propter

4 Si quæseris eam, quasi pecuniam, &
sicut thesauros effoderis illam:

5 Tunc intelliges TIMOREM
DOMINI, & SCIENTIAM DEI
invenies.

1. 7 TIMOR DOMINI PRIN-
CIPIVM SAPIENTIÆ.

2. 6 Quia DOMINVS dat SAPI-
ENTIAM, & ex ore ejus PRVDEN-
TIA & SCIENTIA.

Sap. 16. 20 Ut notum omnibus esset, quoniam oportet
prævenire Solem, ad benedictionem
tuam, & ad orientem lucis, te adorare.

Prov. 2. 9 Tunc intelliges Iustitiam, & Iudicium,
& Aequitatem, & omnem semitam bo-
nam.

Sap. 15. 3 Nosse enim te, ô DOMINE, con-
summata Iustitia est, & scire Iustitiam
& Virtutem tuam, radix est immortalitatis.

Pro. 23. 7 In TIMORE DOMINI esto
tota die,

2. 10 Si intraverit SAPIENTIA cor
tuum, & SCIENTIA animæ tuæ pla-
cuerit:

11 CONSILIUM custodiet te, &
PRVDENTIA conservabit te.

12 Ut eruaris à via mala, & ab homi-
ne, qui perversa loquitur:

13 Ab iis, qui relinquunt iter rectum,
& ambulant per vias tenebrosas:

14 Qui latantur cum malefecerint, &
exultant in rebus pessimis:

SAPIENTIAM incarnatam, hoc est, IHSVM CHRI-
STVM crucifixum) agentibus potentiam: & misericordiam
præstant erga eos, qui me timent, mihiq; credunt. Sic complexus
est summam Doctrinam Psalms: Beneplacitum est DOMINO,
super timentes eum, & super his, qui sperant super misericordia ejus.
Et Christus apud Iohannem 17.3. Hæc est vita æterna, ut cognoscant
te solum DEVM verum, & quem misisti IHSVM CHRISTVM.
Hic solus immortalitatis radix. SAPIENTIAE revera pars ma-
gna, nosse Creaturam atq; Naturam; major, seipsum, maxima & sum-
ma, DEVM. Rectè sanè, verè ac sapienter dictum ab Augustino:
Da, DOMINE, nosse me, & noverim te. Sit quoq; à me repetitum.
ô IEHOVAH, adjuva & perfice meum velle! Amen. Adde: TEL-
PESTM cognosces, quando colluente luce DEIFICA, in speculo ma-
gis DIVINAE triunius triuno (quod est, VNIVERSVM crea-
tum, VERBVM scriptum & incarnatum, ANIMÆ Divinitus
nobis inspirata) oculis & corporis & mentis, Theosophicè, Physicè,
physicomedicè, physicochemicè, physicomagicè, Hyperphysicomagicè,
Cabalicè conspicis, intueris, contemplaris Teipsum. Tunc vi-
debis, qualis sis: videbis nevos, menda & maculas corporis, spiritus
& animæ: habebis, cur cum Palmographo Regio Psal. 51. paniten-
tialiter clames ad IEHOVAM: Miserere mei DEVS, secundum
magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum
tuarum dele iniquitates meas. Amplius lava me, ab iniquitate
mea, & à peccato meo munda me. & quæ sequuntur. Lava, ô DO-
MINE, quod est fordium: riga, quod est aridum: Sana, quod est
faucium: rege, quod est devium. Tunc lavaberis, & mundaberis:
tunc, Theosophicè sic lotus atq; purgatus, nosces DEVM: quia beati
mundi corde, hi enim videbunt DEVM. Math. 5.3. Tunc quævisisti
invenistiq; Regnum DEI, & Iustitiam ejus: tunc cætera OMNIA
(Bona ac dona Spiritus SAPIENTIAE, Si Theosophicè Oraveris,
& sapienter Laboraveris) adjicientur tibi: (μακροῦ καὶ μικροῦ σκο-
πιῶς) Beatus ergo & sapiens, qui se rectè cognovit. Qui se atq;
DEVM noverit, huic OMNIA nota. Vide figuram Amphitheatricæ
hujus secundam. Scire) Vndenam? Ex Libris SSæ. Scripturæ,
Naturæ, & Temetipso, Theosophicæ radio illuminato.

21. Tota die) Tota vita. Omnibus diebus
vitæ tuæ; & TVNC, (non prius) SAPIENTIAE
desuper rorantem mannam, (ut est secunda huius Am-
phitheatricæ figura) supercelestisq; nectaream & aquæ
(mentis vellere) & ignis (cordis ardore) pluviam
conspicies, gustabisq; Animæ, sitientis veritatem, lin-
gua, quæ suavis & jucundus sit DOMINVS: erisq;
rotus (Corpore, Spiritu, & Anima,) tanquam lignum,
quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum
suum dat in tempore tuo, cujus folium non de-
fluit: & OMNIA quæcunq; facies (Orabit enim &
Laborabit IEHOVAE SAPIENTIA tecum,
vers. 277.) prosperabuntur. Psal. 1. 3.

22. Si intraverit) Si nectar SAPIENTIAE
gustaverit cor tuum. Placuerit) Ita, ut decernas
ad usum vitæ ac consuetudinem tibi adjungere eam,
vers. 272. eiq; ex toto corde dicere, Soror mea es, &
PRVDENTIAM vocare amicam tuam, vers. 75.
Sponsam eam tibi assumere, vers. 245. & conquiescere
cum illa, vers. 262.

23. Custodiet te) Ne in deceptionum & error-
um lapidem impingat, pes mentis tuæ.

24. A via mala) Hoc est, à dogmate Sapien-
tiæ mundanæ aut secularis; quæ Philosophia ut pro-
fus destituta luce veritatis, ita tota sophistica & insu-
piens, stultitiaq; coram DEO, teste Paulo 1. Corin-
th. 1. Vnde ad Coloss. 2. 8. Videte, ne quis vos decipiat
per Philosophiam, & inanem fallaciam, secundum
traditionem hominum, secundum elementa mundi, &
non secundum Christum. Id est, per Philosophiam,
quæ caret spiraculo DEI & illustratione Divina: inin-
tentem prudentiæ suæ phantasticæ atq; mundanæ, non
luci veritatis, in Libris SSæ. Scripturæ, Naturæ & Con-
scientiæ, Divinitus scriptæ, traditæ ac manifestatæ.

Qui perversa loq;) In quocunq; vis scibili. Dia-
bologus ille sit, aut Iure perverfus, Cacomedicus, Pseu-
dophylicus, Sophista, aut quivis alius, pro rectis falsa
substituens, specie veritatis fucata. Adde in quovis
status genere (super quo conquiritur omnis Iustitiam
amans) rerum gerendarum istè gubernacula passim
hodie tenent, ut inter Sapientes, hoc seculo ferè minimè
tutum sit, SAPIENTIAE Doctrinam purè profiteri.
Tantum invaluit malitiæ fumus! Nam, si qui sunt,
(Dij geniti) qui VERITATI totos se dedicant, insa-
ni, ignari, irreligiosi, interdum hæretici vocantur, odio
habentur, etiam periculum capitale in eos constituitur,
contumelijs afficiuntur, sapè lucis hujus usura privantur.
Hæc præmia SAPIENTIAE amatorum,
apud mundum immundum; hisce injuriosè affecta ipsa
SAPIENTIA incarnata caput; similia patienter fer-
ramus, membra. O tempora, ô mores! DEVS, det
istis funem & sinem. Amen, dicat omnis Theosophicæ
amator.

25. Qui relinquunt, &c.) Nimirum, semitas SA-
PIENTIAE veræ: quos propterea SAPIENTIA
vicissim relinquit, & jure optimo tradit (Rom. 1. 28.)
in reprobum sensum, ut ambulent per vias tenebrosas,
& faciant ea, quæ non conveniunt; repleti omni injus-
titiâ, (perpendite hæc, quæso, qui Ecclesiasticè, Politicè
atq; Scholasticè, Terræ iudicatis, v. 137) contortatione, versu-
sucia, avaritia, malitia, pleni invidia, cæde, contentio-
ne, dolo, malis præditi moribus, suffurrones, obrecta-
tores, DEI oses, contumeliosi, elati, gloriosi, ex co-
gitatores malorum, parentibus immorgeri: expertes
intelligentiæ, pactorum haud quaquam tenaces, alieni
ad charitatis affectu, nescij fœderis, immisericordes. La-
pidi Lydio huic affricet unusquisq; (cujuscunq; sit ordi-
nis, status ac facultatis) Conscientiam, examinetq; acta
& facta sua, qui vult ac gaudet SAPIENTIAE veræ
filius esse & nominari. SIGNATVRAE hæc certo
certius demonstrant, tales qui sunt, nihil firmi, solidi
aut recti scire, opinari tantum: dum opinantur, sunt
semper discentes ac disputantes, ad veritatis finem nun-
quam pervenientes. Nimirum enim altercando, juxta
P. Clodij atq; Varronis proverbium, veritas amittitur.

26. Cum malefecerint) Cum falsum pro vero,
iniq; pro egro, nefas pro Iuro, fraudulentissimi sub-
dole substituerint atq; defenderint: apud quos Ius &
Iustitia, Veritas & Conscientia, nihil est, nisi publica
merces, vanaq; apud vulgum imperitum & profanum,
qui ex veritate pauca, ex opinione multa æstima-
mat, gloriæ aucupium. In rebus pessimis) Væ au-
tem illis: quia committunt, quod haud facile remit-
teatur, peccatum contra Conscientiam,